

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Programma Quo in hoc actu Decanus Pro tempore Acad. Rector Johannes
Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor ... Ad Disputationem Inauguralem
Viri Reverendi Et Clarissimi Dn. M. Johannis Corfinii, Rostochiensis, aedis
Marianae Pastoris ... Ad diem IX. Maii Publice ... habendam ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380466>

Druck Freier  Zugang



R u. Neol 1650

Gothmann, Johanna / a
Corpius, Johannes

mit Progamm (8x)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738380466/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380466/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
Quo in hoc actu
DÉCANUS

Pro tempore Acad. RECTOR

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor & Professor, ac
Facultatis Senior, suo ac Theologicæ Faculta-
tis nomine,

Disputationem Inauguralem

VIRI REVERENDI ET CLA-
RISSIMI

DN. M. JOHANNIS CORFINII,

Rostochiensis, ædis Marianæ Pastoris, &
Physicæ Professoris Publici.

Ad diem IX. Maij

Publicè Deo auxiliante, habendam

Consultiss. Excellentiss. Ex-
perientiss. & Clariss. Dnn. Professores,
reliquosq; Consultiss. Dnn. Doctores, Reveren-
di verbi divini Ministros, Eximios artium liberalium
Magistr. Nobilissimos, Præstantiss. & Doctiss. Dnn. Studiosos, adeoq;
cives Academicos humaniter

invitas.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. 1650.

Solem ē mundo videtur tollere, qui amicitiam inde tollit, non male dixit Ethnicus. Reconciliationem cum Deo peccatis nostris eheu offenso humili corde & gratiarum submissa actione agnoscit devotus Christianus. Adeo quidem ut nisi hæc reconciliatio facta esset, hominem non natum fuisse conducibilis fuisset. Scripturam sacram cum consulimus, reconciliationem hanc cum Deo irato & mundo Deum offendente nobis summopere commendari, & meritò quidem, deprehendimus. Ita enim vas Dei electum de hac re loquitur: si cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij ejus, multo magis reconciliati servabimur per vitam ipsius. Et alibi in Epist. ad Corinth. posteriori idem Apostolus inquit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans illis peccata eorum, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo vos obsecrante per nos rogamus pro Christo, reconciliemini Deo, Ad Colossenses Apostolus scribens ait;

ait; Deo placuit per Christum reconciliare cuncta. In hac reconciliatione hominum cum Deo Trinuno Unica nostra consistit salus. Satius enim fuisset, nunquam hominem esse natum, nisi haec reconciliatio per Christi mortem nobis esset acquisita, & quotquot illâ non recte utuntur, eandemq; vera fide sibi non applicant & appropriant, de illis idem dici potest, quod Salvator noster in specie Iudæ applicat: Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Hæc ergo materia quotidiana nostra debet esse meditatio, ut mane surgentes cogitemus nos qui quondam fuimus abalienati à Deo & inimici mente in operibus malis, ut Apostolus loquitur, nos jam ipso Christo teste, amicos Dei factos, de quibus admirabundus quasi Johannes in sua Epistola loquitur: Videntе qualem charitatem dedit nobis pater, quod Filij Dei nominemur, de quibus Paulus inquit: Quod si filij igitur & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Et hæc de reconciliatione hominis cum Deo materia ita utramq; paginam facit in sacris literis, ut nullus liber sit, in quo non partim valde explicitè, & evidenter, vel ad minimum typice hæc doctrina proponatur. Et quid sunt omnia sacrificia nisi hujus reconciliationis typi & adumbratio? Unde ex Epistola ad Hebræos confidenter dicimus, Non per san-

guinem hircorum & vitulorum, sed per proprium (Christi) sanguinem introgressus est servator noster semel in sancta, æterna Redemptione seu reconciliatione cum Deo reperta. Quod si enim sanguis vitulorū & hircorum, & ciniis juvenæ inquinatos aspergens sanctificat ad carnis purificationem, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam nostram à mortuis operibus ad serviendum Deo viventi. Si h̄c quis quærat, num in V. T. hæc reconciliationis Dei cum homine materia fuerit cognita? Respondet Johannes in Apocalypsi: agnus Dei occisus est ab origine mundi, scil. ratione decreti, promissionis, ac virtutis & efficaciam. Item Christus heri & hodie, idem & in secula, cui omnes prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum. Omnes namq; prophetæ à Samuele, ac deinceps quotquot locuti sunt, annuntiarunt hanc morte innocentissima nobis acquisitam reconciliationem. Proinde qui Christianus audit, hanc materiam sibi habet, imo maximè ceu salutis suæ æternæ unicum fundamentum habere debet commendatam, quia non est in alio salus nisi in solo nomine & reconciliatione Jesu Christi. Doctrinæ hujus

hujus in scriptura sacrâ utramq; paginam facientis dignitatem consideranti Dn. Candidato nostro placuit, hunc imprimis eligere Articulum pro disputatione Inaugurali & solenni Quia vero moris est, Candidatorum vitam & mores paucis attingere, & describere, etiam huic laudatæ consuetudini insistemus Postquam igitur ex præcipuis parentibus Candidatus noster natus patre Cl. M. JOHANNE CORFINIO, in æde Jacobæa per tringinta annos fideli animarum Curatore, Viro Candido. Matre Elisabetha Excel. & Celeber. Dn. D. SIMONIS PAULI, S. Th. Professoris quondam, & Jacobæi Pastoris, Urbis Rostochiensis Superintendentis, filia. Usus est in juventute præceptore viro Cl. M. HENRICO VULPIO, Scholæ hujus Rectore & fidelissimo informatore, quam laudem perplures ipsi & vere quidem tribuunt. Illo hinc Revaliam discedente, informatorem habuit Clarissimum M. JOACHIMUM MOVIUM, Scholæ Senatoriæ similiter Rectorem laudabilem. Antequam alias adiret Academias, placuit Dn. Candidato, solidiora in Academia patriâ jacere fundamenta, quo majore cum laude & fructu alibi deinceps vivere posset. Publicè ergo docentem audivit virum Experientiss. Dn. D. PETRUM LAURENBERGIUM, Professorem Academiæ nostræ dum vivebat famigeratissimū,

& Philologum celeberrimum. In studio Philosophico, & collegiis privatis informatore usus est fidelissimo Dn M. JOHANNE REINBOTHO amico nostro dilecto, nunc S. S. Theologiæ D. in signi, & generali Superintendentे Holsatiæ in Ducatu Schles. Docentē quoq; audivit M. ABRAHAMUM CALOVIUM de nostra Academia optimē meritum, postea Professorem & Doctorem Regiomontanum, nunc vero Gymnasiar. cham & Pastorem Ecclesiæ quæ Christo Gedani colligitur. Jactis illis studiorum initijs, cum propter Bellonam Germaniam undiq; infestantem longius migrare haud liceret, ad vicinam Gryphiswaldensem Matris nostræ Academiæ filiam perrexit, & ne quid in se desiderari pateretur, quod eruditionem promovere posset, usus est conversatione, quæ in studiis multum habet momenti, & convictorio viri per quam Reverendi & Excellentiss. Dn. GEORGII MASCHOVII, S. S. Theol. D. & Prof. Nec illius viri solum opera usus, sed & adjunxit Clariss. Dn. JOHANNEM BERINGIUM, Mathematica publicè privatimq; profitentem, nunc S. S. Theol. Doctorem & Professorem Theol. Acad. Gryphiswaldensis digniss. & celeberrimum. In studio Theologico usus quoq; fuit diligentia BALTHASARIS RHWEN, S. S. Theol. Licent. & Professoris Theol. digniss.

digniss. nunc Ecclesiae Christi Stralsundij collectæ,
Superintendentis vigilantissimi. Gryphiswaldia
domum reversus vitam quam semel laudabiliter
ingressus strenue calcare perrexit, siquidem ipsū
in collegio publice & privatim docte opponen-
tem & respondentem non semel audivi. Animus
equidem Dn. Candidato nostro fuit ad exteris
migrare Academias, sed Deo aliter disponente à
proposito illo tempore abstractus fuit, (oblatâ ta-
men de hinc occasione illustres Academias Wit-
tebergam, Lipsiam & Juliam perlustravit, &
Theologos celeberrimos ibidem docentes salu-
tavit) siquidem Anno 1639, ad officium Ecclesi-
asticum, in æde Jacobæa, concordantibus quo-
rum interfuit, Suffragijs vocatus fuit, cui officio
per sexennium ita præfuit, ut Ecclesia Mariana
ipsi Archidiaconatum obtulerit & tandem Pa-
storem ejusdem ædis constituerit. Insuper Am-
pliss. hujus Urbis Senatus Physices Professorem
Dn. nostrum Candidatum elegit. Quia vero Apo-
stolo monente $\tau\pi\chi\alpha\epsilon\iota\sigma\mu\alpha\tau\pi\tau\theta\epsilon\pi$ debem⁹ $\alpha\pi\lambda\omega\pi\pi\upsilon\pi\pi\pi\pi$,
id est dona sub cineribus quasi sopita accedere
Ideo Candidatus noster, Licentiam pro obtinen-
do supremo in Theologia gradu à Facultate no-
stra Theologica petijt, & postquam ad examen
admissus, & gradu illo dignus repertus est, merito
impetravit. In publicum ergo Candidatum no-
strum,

strum, de materia in sacris celebri & per-
utili disputaturum producimus. A vobis
Excellentiss. Dnn. Professores, Consultiss. & Ex-
perientiss. Dnn. Doctores, Reverendi verbi di-
vini Ministri, Eximii artium Magistri, Nobiliss. ac
Præstantiss. Dnn. Studiosi, magno contendimus
opere, ut vestra præsentia honorifica, actum
hunc Inauguralem exornetis. Quod ut ab omni-
bus Academiæ civibus fiat. amice rogamus

P. P. sub sigillo Facult. 28, Apr.

Anno 1650,






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738380466/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380466/phys_0011)

DFG

digniss. nunc Ecclesiae Christi Stralsundij
Superintendentis vigilantissimi. Gryp-
domum reversus vitam quam semel lau-
ingressus strenue calcare perrexit, siqui
in collegio publice & privatim doce-
tem & respondentem non semel audiri
equidem Dn. Candidato nostro fuit a
migrare Academias, sed Deo aliter dis-
proposito illo tempore abstractus fuit, (e-
men de hinc occasione illustres Academias
tebergam, Lipsiam & Julianam perlustravit.
Theologos celeberrimos ibidem docen-
tavit) siquidem Anno 1639, ad officium
asticum, in æde Jacobæa, concordanti-
rum interfuit, Suffragijs vocatus fuit, c
per sexennium ita præfuit, ut Ecclesia
ipsi Archidiaconatum obtulerit & tan-
torem ejusdem ædis constituerit. In fu-
pliss. hujus Urbis Senatus Physices Pro-
Dn. nostrum Candidatum elegit. Quia v
stolo monente μαχαιρωμα τεθεν debem⁹ a
id est dona sub cineribus quasi sopita a
Ideo Candidatus noster, Licentiam pro-
do supremo in Theologia gradu à Facul-
stra Theologica petiit, & postquam ad
admissus, & gradu illo dignus repertus e
impetravit. In publicum ergo Candida-



the scale towards document